



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 131. Guidobaldus de Thun Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.  
A.C. 1668.

§. CXXXI.

*Guidobaldus de Thun Cardinalis  
mortuus.*

*Ciacon. in  
vita Ale-  
xandri VII.*

Pari fato vivis ereptus est Guidobaldus Comes de Thun patria Germanus, qui non minus generis foi splendore, quam virtutibus, religione, ac integerrimis moribus illustris, emenda studiorum curriculo primo Salisburgensis Archiepiscopus, ac demum a Leopoldi Cæsar is preces ab Alexandro VII. Papa Cardinalis Presbyter, licet absens, renuntiabatur: Obeunte autem Adamo de Törring Ratisbonensi Episcopo simul etiam Canonicorum suffragio hanc Ecclesiam adeptus, Imperii Conventui ibidem convocato profuit, Cæsarisque partes ita sustinuit, ut tamen Ecclesiæ jura semper servaret illæsa: quapropter ab omnibus summo in honore habebatur, eumque Catholic i tanquam Religionis viudicem. Eruditæ Mæcenatem, atque egental Parentem respicerent: Erat sane longiore vita & meliore fato dignissimus, vix tamen integro anno Purpuram gesserat, cum jamjam die prima Junii ex equo in terram exanimis corrueret. Successorem habuit in Salisburgen Archiepiscopatu Maximilianum Comi-

tem de Khynburg, atque in Ratisbo- Sæc. XVII.  
nensi Ecclesia Albertum Sigismundum A.C. 1668.  
Alberti Bavariæ Ducis Filium.

§. CXXXII.

*Pauli Æmilii Rondinii Cardinalis  
decessus.*

Postremus inter Cardinales hoc anno  
demortuos erat Paulus Æmilius Priorat. in  
Theatr. Vir.  
Rondinus patria Romanus, qui in pa- illust.  
tria sua politioribus literis excultus, &  
utriusque Jurisprudentiæ scientia in  
Perusina Academia instructus, Aposto-  
licæ Cameræ Clericis accensebatur, ac  
paulopost ab Urbano VIII. Cardinalis,  
& ab Alexandro VII. Assisianatis Epi-  
scopus nominatus, aliquamdiu gregem  
suum verbo, exemplo, & salutaribus de-  
cretis in Synodo conditis pavit, & ad me-  
liorem frugem reduxit: Tandem Romam  
reversus, ibidemque repentina morte  
correptus, diem decimam sextam  
Septembbris vitæ suæ postremam habuit.

§. CXXXIII.

*Rosa Limana de S. Maria a Cle-  
mente IX. Pontifice Beatis  
adscripta.*

Hoc item anno die duodecima Februa- Bull. magn.  
rii perpensis ac diligentissime dis- Clem. IX.  
Aa 5 cussis Conf. 18.